Io.1.oportet enim esse non factum per quem facta sunt omnia. & hæc tria excludũtur p hoc quod signãter addit suo.i.proprio & naturali. Dicit enim Hilari⁹.hic verus & ꝓpri⁹ est filius origine & nõ adoptione,veritate nõ nuncupatiõe, natiuitate nõ creatione. ꝓcedit enim à patre sicut verbũ à corde, quod ptinet ad eandem naturã, præsertim in deo in quo nõ potest aliquid accidentaliter aduenire. Vñ ipse dicit Io.10. Ego & pater vnum sumus. Quòd dixit vnũ, liberat te ab Arrio. quòd dicit sum⁹,liberat à Sabellio,vt Aug.dicit. Secũdo tãgit temporalẽ originem cum dicit, Qui factus est, vbi statim videtur patrocinium sui erroris assumere tres prædicti errores per hoc quod dicit, Qui factus est ei, nõ enim confitentur ꝑternũ, sed factum. sed per ea quę adduntur tollitur eorũ intentio: quia enim dicit, Qui factus est ei. excludit dictũ Sabellij:nõ enim potest esse filius factus patri si sit eadẽ persona cũ ipso,sed per incarnationem erit filius virginis. Quòd verò subdit,Ex semine Dauid:tollit intẽtionẽ Fotini. Si enim per adoptionẽ esset factus dei filius:non diceretur factus ex semine Dauid:sed magis ex spũ scilicet qui est spũs adoptiõis filiorũ. vt dicit Ro.8.Et ex semine dei.vt dicit.r.Io.3.Quod verò sequitur secundũ carnẽ.tollit intẽtionẽ Arrij: qui ponit eũ factũ nõ solũ secũdũ carnẽ,sed etiã secundũ diuinã naturã.

Filius dei ẽ a pre sicut verbum ab intellectu.

Error Nestorij.

¶Est etiam considerãdum vlteri⁹ q̃ circa ipsum incarnationis mysteriũ multipliciter aliqui errauerunt. Nestorius enim posuit vnionem verbi ad hominem esse factam solum secundum inhabitationem, scilicet prout filius dei hominem illum inhabitauit excellentius cæteris.Manifestum est enim quòd alia est substantia inhabitantis,& inhabitati:sicut hominis & domus.secundũ hoc ponebat aliam esse personam vel hypostasim verbi & hominis, ita quòd alius esset secundum personã filij⁹ dei & alij⁹ filius hominis.Sed hoc manifestè apparet falsum esse per hoc quòd apostol⁹ Phil.2.vnionem huiusmodi vocat exinanitionem: pater autem & spiritussanctus inhabitant homines secundũ illud Io.14.Ad eũ veniemus:& apud eum mãsionẽ faciem⁹.Sequeretur igitur quòd pater & spirituſſanctus essent exinaniti: quod est absurdũ.Hoc ergo excluditur p hoc quod apostolus dicit, Qui scilicet filius dei est factus secũdum carnẽ, id est habẽs carnẽ ex semine Dauid:qui modus loquẽdi locũ nõ haberet si hęc vnio facta esset solũ secundum inhabitationẽ.De alijs enim quos verbum inhabitat, nõ dicitur quòd verbum factum est hic vel ille: sed quòd factum est ad Hieremiam vel Esaiam. In hoc ergo quòd Apostolus cum dixit, De filio suo,addidit,qui factus est ei ex semine Dauid: manifestè excludit errorem prædictum.

Reijcitur Nestor.

¶Rursus aliqui alij licet duas personas non concedãt in CHRISTO:cõcedunt tamen duas hypostases vel duo suppoſita,quod in idem reddit, quia nihil aliud est persona q̃ hypostasis & suppositũ rationalis naturę: cũ ergo sit vna solũ hypostasis,& vnum suppositum in CHRISTO:quod est suppositum vel hypostasis verbi ætemi:nõ potest dici q̃ illa hypostasis sit facta filij⁹ dei quia nõ incœpit esse filij⁹ dei.Sed tñ si inueniatur ab aliquo doctore dictum exponẽdũ est,sic factum est vt homo esset deus.Secundũ hoc ꝓprie dicitur,dei filius fact⁹ est homo:quia semper nõ fuit homo.Et ideo legendum est quod hic dicitur:vt ly qui accipiatur ex parte subiecti vt sit sensus,qui filius dei factus est ex semine Dauid non autem ex parte prædicati:quia sensus esset quòd aliquis existens ex semine Dauid, factus est filius dei, non dicitur verè & propriè sicut dictum est.

Refellitur error ponẽtium in xpo duas hypostases seu suppositа non tñ duas personas.

Error Euticeti refellitur.

¶Fuerũt autẽ alij qui posuerunt vnionẽ esse factã secundum cõuersionẽ verbi in carnẽ: sicut dicitur aer fieri ignis. Vnde Eutices dixit quòd etiã ante incarnationẽ fuerũt duę naturæ, post incarnationẽ vna. Sed hoc est expressè falsum: quia cum deus sit immutabilis, secundum illud Mal.3. Ego deus & non mutor.non potest in aliquid aliud cõuerti.Vnde cũ dicitur factus est,non intelligitur secũdũ cõuersionẽ,sed secundum vnionem absq; diuina mutatione. Potest enim aliquid de nouo dici relatiuè de aliquo absq; eius mutatiõe: puta aliquis nõ imobiliter sedens fit dexter p mutationẽ ei⁹ qui trãsfertur.Et sic de⁹ dicit ex tẽpore dominus vel creator p mutationẽ creaturæ.Et eadẽ ratione dr̃ de nouo factus hõ, id est vnitus in persona humanæ naturæ.¶Fuerunt enim & alij qui dixerũt animã CHRISTVM nõ habuisse: sed ibi fuisse verbum loco animæ,scilicet Arrius & Apolinarius.Cõtra quos est illud Ioan. 10. Nemo tollit animã meam. Quod ergo dicit secũdũ carnẽ nõ excluditur à CHRISTO anima:sed caro ponitur ꝓ toto homine, secũdum illud Esa.49.Videbit omnis caro &c.¶Quæritur autẽ cũ nos cõfitemur CHRISTVM natum ex virgine:quare Apostolus dicat eum esse factum ex muliere.Et dicẽdum q̃ illud nascitur quod naturali ordine ꝓducitur:sicut fructus ab arbore: vel proles à parente:quod autem ex voluntate agẽtis ꝓducitur non secundum naturę ordinẽ(sicur domus ab artifice)nõ potest dici nasci,sed factum.Quia igitur CHRISTVS ex virgine processit naturali ordine q̃tum ad aliquid scilicet q̃ cõceptus est ex fœmina spatio nouẽ mensium dicit⁹ natus. Quia verò q̃tum ad aliquid non naturali ordine:sed sola virtute diuina ꝓcessit absq; virili semine, dicitur factus.Eua autẽ dicitur ex Adã facta nõ nata. Isaac autẽ ex Abraham natus non factus.Item quare specialiter dicitur ex semine Dauid:& non ex semine Abrahæ cui promissio facta fuit de CHRISTO.secũdum illud Gal.3. Abrahæ dictæ sunt ꝓmissiones.Et dicẽdum est quòd factum est ad dandan spem venię peccatoribus:quia Dauid peccator fuit:ex cuius semine nascitur CHRISTVS. Abrahã verò iustus, ad cõmẽdendam etiã dignitatẽ regiam CHRISTI,Romanis,regnum gẽtium tenẽtibus.Excluditur etiã per verba ista triplex error Manicheorum Primò quidem q̃ dicunt non eundẽ esse deum veteris testamẽti:& q̃ est pater domini nostri IESV CHRISTI.quod excludit per hoc quod dicit Apostol⁹.Quòd deus antẽ ꝓmiserat per ꝓphętas suos de filio suo in scripturis sanctis scilicet veteris testamenti. Secundò verò q̃ damnant scripturas veteris testamenti:quas apostol⁹ hic dicit sanctas.Non enim aliæ scripturę fuerũt sanctæ ante euãgelũ. Tertiò quod dicũt CHRISTVM habuisse carnem fantasticam:quòd excluditur per hoc q̃ dicit CHRISTVM factũ ex semine Dauid secũdũ carnẽ ei,id est ad gloriã patris sc̃am illud Ioan.8.Ego gloriã meam nõ quæro:sed gloriã eius qui misit me. ¶Lectio. III.

Cur xps dr̃ specialiter ex semine Dauid, & nõ Abrahæ.

Triplex Manicheorũ error refellitur.

Vi prædestinatus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectiõe mortuorũ Iesu christi domini nostri.

¶Commendata origine CHRISTI,Hic cõmẽdat virtutẽ ipsius,& ponit tria.Primò prędestinationẽ cũ dicit(Qui prędestinatus est)Secundò dignitatẽ seu virtutẽ cũ dicit,(Filius dei in virtute.)Tertiò signũ siue effectũ cum dicit,(Secundũ spiritum sanctificationis.) Circa primum considerandum est q̃ nomẽ ꝑdestinationis à destinatione sumitur.Dicitur enim prędestinat⁹ quasi ante destinatus. Destinatio autẽ dupliciter sumitur: quandoq; ꝓ missione. Dicuntur enim destinati qui ad aliquid mittunt̃ secundum illud.1.Mac.1.Destinauerũt aliqui ex populo & abierunt ad regem.Quandoq; verò destinare idẽ est quòd ꝓponere.secundum illud.2.Mach.6.Destinauit Eleazarus nõ admittere illicita.Hęc autem secunda significatio à prima deriuari videtur.Sicut em̃ nuntius qui mittitur, ad aliquid dirigitur:ita quod ꝓponimus ad finẽ aliquẽ ordinamus.Sedm̃ hoc igitur ꝑdestinare nihil aliud est q̃ ante in corde disponere quid

Quid prædestinare.